& plantabitur uinea sorech de qua fiat
uinum quod se dns in regno patris bibi
turum esse promisit? Non solum autē
fundamenda ta eius qui prius terra pre
mebantur aperientur & proferentur
in medium· & idola quae sibi finxerat
concidentur· sed gloria quoque &
diuitiae quas uidebatur habere de
fornicatione & terrore suo igne meo
consumentur· de quo dixi in euan
gelio· ignem ueni mittere super terram·
& quem uolo ut ardeat; quae conbu
rentur & redigentur ad nihilum quia
non de ueritate contracta sunt dogma
tum· sed de fornicatione animae· &
errore hinc inde collecta? heretici quip
pe non habent diuitias de paterna here
ditate uenientes· sed cotidie quod colant
reperiunt· & idola sibi artifici manu·
& curiosa mente confingunt; propter
hoc cum conuersus fuerit ager eorum
in pomorum custodiam· & praepara
tus aduenas· & lapides quibus aedi
ficata erat ciuitas detracti in profun
dum· & reuelata fundamenta eorū·
& omnia sculptilia concisa & incensa·
& mercedes quas sibi uana spe pollice
bantur· & quidquid uelut dm̄ colere
uidebantur redactum ad nihilum·
quia de fornicatione animae omne
sibi pretium conparant? Tunc intel

legentes errorem pristinum & in semet
reuersi plangent in quibus ante gaude
bant· & lugebant in quibus prius for
nicantes laetabantur· deponentq·
de pedibus suis quicquid mortiferū
habuerant· & erunt discalciati quia
terra in qua statuti sunt locus scs est; & ues
timenta fornicationis suae uniuer
sa proicient· eruntq· nudi· ut possint
xpi indui uestimento? & facient planc
tum quasi draconum; plancturi quip
pe sunt aliquando & dracones· quan
do uiderint draconem maximum captū
& in hamo pendere piscantis·
& mare desolatum? & lugebunt qua
si filiae serenarum; dulcia enim sunt
hereticorum carmina· & suaui uoce
populos decipientia? nec potest eorum
cantica praeterire· nisi qui obduraue
rit aurem suam & quasi surdus euase
rit; propter ea autem istiusmodi sama
ria planget atq· lugebit· quod sagitta
dni uulnerata & plaga sermonis ac
cipiens suum cognoscet errorem;
Non solum enim ipsa peccauit· sed ini
quitatem & errorem suum in iudae
quoque persona uoluit introducere?
Unde dicitur de ea uenit usque ad iu
dam· & tetigit usque ad portas po
puli mei· usque ad hierusalem?
Portas inquit tetigit· quas aures intel

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0266